



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XII. Die Ianvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

*Eucharistia.* sti mensæ accumberet. Confestim ergo vestes illi porrigi præcepit, ac dixit: Surge, age: atque ad Sanc*diffimum Sacramentum te conser, gratias Deo pro satisitate hac redditurus. Surrexit obedienter Franciscus repentinō sanus: templum adjit; gratias egit. Postmodum ad barbaros Tapoias missus, per famem, sitim, frigora, per aperta securibus ardua & impedita itinera ad Ibia-*

*capanos vna cum P. Aloysio Frigheria penetravit. Sed cūm obstinate perui-*

*caces illas ceruices Christi iugo per nullas artes posset subigere, ac illi*

*æterni Euangeliū præcepta inuiti audiunt: hoc die (vt habet Index MM) ab irruentium globo repetitis iictibus vecte ligneo est interemptus maxillis confractis, excussis oculis, crano comminuto, in desertis Ibiapanæ montibus, eo ipso tempore quo operam dabathoris diuini Officij recitandis. Socio ad necem quæsito, nec reperito, sœvitia omnis in sacram supellectilē furenter effusa. Corpus, barbaris quoque deinde venerationis fuit, quod dicerent, se beneficentiā illius pluuiam è cælo insitientes agros eli-*

*Gallus in  
Naxo insula  
incerto die.  
1651.*

### P. FRANCISCVS ALBERTVS.

*Literaturæ, ac virtutis exactæ vir, & Orientalium linguarum ap-*

*primè peritus, eaque propter de plu-*

*rimis præclarè meritus. Smyrna peste*

*afflita illius charitatem luculenter experra suspexit. Eadem nauitas in*

*Naxo insula eluxit: vbi cūm epide-*

*mico malo afflata fœminæ opem ferre Sacerdos Græcus horreret, ipse adjit*

*morientem, eamque Sacramentis expiavit, morto lethali mox inde cor-*

*reptus. Aiunt qui morienti adfueré,*

*totum eius cubile (verba sunt episto-*

*lae de illo conscriptæ) miro lumine*

*Morn.*

*per horam & amplius circumfulsis;*

*atque paulo post cūm corpus terræ*

*mandaretur, suauissimum perceptum*

*fuisse odorem.*

## XII. DIE IANVARII.

### P. ANTONIVS MADRIDIUS.

*A* Pastoritia vita ad Scholas transgressus, & Salamancae Theologia Doctor, in Societate postea cūm vestem primam indueret mirabili gaudio delibutus, errorem correxit, quo putabat se non nisi mæltissimam vitam in Societate ducturum. Nunc vero aiebat se proximas cælestibus delicias experiri, qui ferè hactenus in inferno vixisset. Asthma quo laborabat, vocabat suum op-

*timum monitorem. In concione ar-*

*dens & potens, prius in se sauius de-*

*sauiebat, quam in suggestum prodi-*

*bat. Verum illi postea non nisi 15. iictus*

*permisi à Beato Borgia, dicente; re-*

*liquum obedientiæ daret. Fertur quo-*

*dam die Compluti, plurimas flagitio-*

*se frontis feminas concioni Antonij*

*adsuisse, atque vna omnes ab obsec-*

*nitate suâ resipuisse, in tuto mox por-*

*tu castimoniaz collacatas. Dono la-*

*chrymarum mirificè felix, in se exci-*

*tando ac perurgendo flagrans, dicebat*

*fibi: Moreretibi: perpetua Dei laus vita*

*tua sit: Orationis tempore sic utere, quaf*

*C. 3. caleffi.*

*27. Ian.*  
*Hispanus*  
*Compluti.*  
1563.

*Vocatio.*

*Latitudo*  
*spirit.*

*Morbus.*

*Concionator.*

*Moribus.*

*Oratio.*

*Facultatoria,  
Cor.*

*Mors.*

*B. V.*

calesti pane ad animi nutrimentum. Iesu; cuſtodi cor meum in timore & amore ante oculos tuos, qui me unquam conficiunt. Vocabatur carbo ignitus, accendens domesticos & externos igne amoris Ds. Compluti i. Iauuarij ita dixit, ut non Madridij, sed Angeli ea fuisse concio diceretur. Mox ager, sub mortem Sacroſanctam Trinitatem aſgranter allocutus: *Valete Patres, inquit, ego eo. Ad Crucifixum post plura: Habes ait, ubi diuitias bonitatis tuae offendas. Tu Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, & huius scelerati peccata tolle. Mox Mariae Matri gratiae, ut in hora mortis suscipietur, se commendans, viuere defit.*

### P. PETRVS AZEBEDIUS.

*Hispanus  
Madriti.  
12. Ian. 1573.  
Mortific.  
Carna, &  
sanguinis.*

*Humilitas.*

**V**it cum alijs Virtutibus clarus, tum sui subigendi studiosus. Toletodiu abſuerat, neque tamen suos interuisere voluit, illac postea iter habens Madritum, ut quibus iam pridem non viueret. Impetravit Socium, à quo de culpis, quas fortè aduerteret, correptetur; vtque ille haberet quod dicaret, earum ille catalogum adnotabat & dilectum illum amicum illas legentem fixis humi supplici gestu, aperito capite, genibus, cum significatione voluptatis audiebat.

### P. PETRVS MANRIQUE.

*Hispanus  
Compluti.  
12. Ian. 1577.  
Vocatio.*

**H**ic opulentam domum ſpeſque ingentes & Sacerdotij luculēti lauitā cur Societati poſt haberet, p̄eclaro commentario testatum fecit, & mul- tis ad religiosam vitam eo maiori exemplo fuit, quo ē maiore gigante fa-etus est unus de minima Societate Ie-

sv., quæ res multos ad lachrymas, nonnullos ad imitationem quoque permouit. Vita illius in Societate ferè illustris ad mortem apparatio fuit. Sub Crucifixi Christi effigie affixit crucif. hæc verba in cubiculo: *Sepelire, cum sis mortuus: fatebis insepultus.* Hanc in curam prouidenter omnia referebat, ut morienti prodeſſent, quæ ageret. Hunc in finem libellum extremo tem- Mors. pori destinatum, delectis Psalmorum & SS. Patrum ſententiis impleuit, le- gendis tunc à quopiam ad id iam de- ſtinato. Prædixit ſanus, ſe ad finem ſequentis septimanæ migraturum ē vita. Et migrauit ſuauitate, ac pietate tantâ, ut Dominico Fernandez Coadiutori, moriendo desiderium infecerit, petentiq; ut ſequi poſſet, id ſe à Dō imperaturum receperit; id quod & impertrauit ut 8. May dicam in Domini- nico.

### P. IACOBVS LEVANTUS.

*Siculns in  
Missione  
Patienſi. 12.  
Jan. 1598.  
vel 99.  
Vocatio.  
Tentatio.*

**H**ic à Societate olim defecrat, ſed reditu impetrato, damnum inconfi- ſtantia mirabili ardore, ac vocationis aſtimatione, fufis percepè vberimis lachrymis pensauit, magnum Domi & foris exemplum. In Pattenſi Miſſione, cùm de Philippi Regis obitu concionaretur, vates mortis ſuæ fa-etus prædixit. Quis ſcit utrum ad decimum quintum diem (de meipſo pri- mū loquar) ſit peruenturus? Tertio decimo die febri accensus, impenſe desiderabat noſtros audire loquentes, ideoque rogapbat enixē ſocium, ut lo- queretur, incredibile enim eſt, inquietabat, quantum ſolatij capio ex noſtrop- rum colloquio: videor enim mihi cum Angelis colloqui. Sic ille à caſu ſuo fortior ad magnam virtutis præſtan- tiam aſſurrexit.

P. IOAN.

P. I O A N N E S  
G E R A R D I N U S.

Belga Pul-  
toriz. 12.  
Jan 1606.  
Obed.  
Mors.

Vocatio.

B. V.

**H**ic moriens aiebat, eum qui lætus mori vellet, illam sibi lætitiam ut obedientiae alacritate pararet. Animam suam ad felicem breui exitum è parietinis corporis mirâ plenus fiduciâ hortabatur. Promissum Religiosis regnum Cælorum, qui nempe Patrem, Matrem &c. reliquerit, syngrapham suam vocabat; illam vero Christi affirmationem, *Amen, Amen*, dicebat esse duo sigilla. Quocirca negabat se inuitum mori, vtpote syngrapha gemino illo sigillo munitâ pro Cælo luctulenter instructum. Inter suprema, quæ dixit, fuere hæc. O MARIA! certè tribularer nimium si noscirem tuum patrocinium. Quæsopia Mater, clemens Patrona, dulcis Virgo in hora mortis tuo præsidio fulcias, tuo munimine protegar. Tu quasi Terebinthus extende ramos, & me lassum refocilla.

P. H I E R O N Y M V S  
R A M I R E Z.

Hispanus  
in Mexico  
in missione.  
12. Jan. 1621.  
stat. 63.  
Soc. 43.  
Mortif.  
Vocatio.

Collegia.

**A**nte initam Societatem, non unam, eamque nobilem de se victoriam retulit, cum pauperibus ad cœnobiorum fores aliquando vesci, & vlerosum mendici pedem osculari conspectus. Repente vir specie veneranda illi apparuit, & differè dixit, Dei voluntatem esse ut se Societati Iesu adiungeret. Ut de Diuinis rebus colloqui posset ardentius, collegerat dicta & facta insignia Sæctorum, quæ

narrabat. Ante alias vnâ horâ semper orabat manè, alterâ deinde cum alijs. Per iter crucifixum è sinu educebat, & suauissimè illi loquebatur. In Mexico Tepegnanos & Parras primus adjit, eoque lucem Euangelij primus inuexit, percessus plurima, & semper animabus intentus. Adolescentem quandam in conclaui repente adjit, & monuit, ne cogitationibus quibus impetebatur locum daret, ac in ijs aspellendis esset magis experectus & celer. Collegio Conuictorum cum præcesset, sape arcana cordium adolescentum ei aperiebat Deus. Vnde veniam excundi aliquando pertentibus, eam negans dicebat quid acturi exire vellent, adeoque illos ad confessionem hortabatur. Quare illi ab eo ad confessarij pedes abibant. Et si quis nō satis bene conscius sibi esset, cauebat ne in oculos illius incurreret, quippe cui corda iuuenum manifesta esse credebat passim. In missionibus plurimos ad fidem Christi adiunxit.

Oratio.

Fides.

Castit.

P. C O R N E L I V S  
M U R G I A.

**S**ilentij, cubiculi, studiorum, ac an-

marum D e o querendarum enixè amans, interños Dei loquentis insti-

etus obedienter audiebat, præclarum piæ semper modestiæ spectaculum.

Morituro adfuit Beatissima Virgo Mater, & paruulum è sinu Iesvm illi ostendens, magno illum solatio impleuit; vultum verò radijs lucis perfudit. Hinc illi suauissimæ lachrymæ, fortis dolorum patientia suspirijs pie condita.

Sardus.

12. Jan. 1648

XIII. DIE